(147v) 1.42

Siciliens. mystro. coclear scripulo. Amphora attica quae
etiam cadus dicitur. ornis tribus constat. Artaba tribus modiis
et tertia pars modii fit. Decem siquidem modiis. artabae tres
explentur. Culleus quo mensura maior nulla est. xx. amphoras
habet. Finitum praeterea pondus ueteres in uariis liquoribus per
quasque mensuras deprehenderunt. Sextarium aquae siue certas uini
et bese appenderunt. Olei sextario libram demissem libra
de libra autem et duabus libris sextarium mellis addiderunt ascribunt.
Adiciunt multa in his rationum diuersitate uariari. neque eiusdem
ponderis esse posse uerbi gratia aquas fontis aut putei. uinum montis
aut campi. quorum distantiam sine lancis ministerio subtilius ad-
uertendam commendauerunt. Id est ut superiecta hisdem diligenti
aspectu. quum aduersa quid grauius quidue leuius sit ~~aspectu~~
praedicendatur. In quo quanta supernatent parte quanta ue indigent si de
mergantur. Si quis autem argentum auro commixtum suspicatur
idque studeat ex quanta factum sit. parte conuincere.
Archimedis illius sequeretur inuentum. qui sacratam super
stitioni coronam quia conflari negabatur. specie integra per
manente ex quanta fuerit parte corruptum. tali conuincit in
genio. Argenti atque auri paria pondera igne purgata in po
sita lancibus aquis imbuit. Confestim pars auri inclinata est
Argento enim aurum densius est. nec non aere unde crassior
inuenitur. atque ita propensiore. aut soliditate aut tenuitudine
diuersitas instinctuum diuersitate maximam. In hisdem alter
natim esse exploratis ponderibus ostendunt. alter ex auro
formam quodlibet pondus accipiat. par species formetur. certam

251